it diſcipulis ſuis dicēs Accipite et bibite ex eo oēs Enim
pro qꝛ Hic eſt calix ſanguīs mei.i.calix continēs ſangui=
nem meū.ſ.qui eſt confirmatio ꝓmiſſionis Noui ⁊ eter=
ni teſtamēti Miſteriū.i.occultū ſacramentū.fidei Qui.ſ.
ſanguis Effundetur pro vobis.ſ.diſcipulis meis Et pro
multis.ſ.in me credentibꝰ In remiſſionez peccatoꝝ.i.ad
delendū crimīa.¶ Ubi ſciendū ꝙ criſtꝰ calicē recepit re
uerenter.Benedixit trāſſubſtantiādo eum realiter.De=
dit diſcipulis ſuis largiter Et poſtea quid eſſet qđ dedit
expoſuit veraciter.Dicit ergo textꝰ Simili mō.poſtq̄ȝ ce
nauit xp̄s et corpꝰ ſuū dedit diſcipulis.tūc accipiēs ⁊ hūc
preclarū calicem.i. vinum ⁊ aquā in calice.Nam hic cō
tinens ponit̄ pro contēto.ſcȝ calix pro vino.in ſctās ma=
nus.que firmauerūt celos et ꝯſtruxerūt hoīes vt ait iob.
Ac venerabiles manus ſuas.que ab oī creatura debent
venerari.eo ꝙ ab eis oīa benedicunt̄ vt a ſummo ponti
fice Item.i.ꝯſequēter.gratias agens tibi patri ſuo.ꝓ hu
mani generis redemptōne.que per ſanguinē ſuum i cra
ſtino effudendū erat futura Benedixit.i.vinum et aquā
in ſuum ſanguinē conuertit.Dedit diſcipulis ſuis largi
ter et gratioſe dicēs Accipite et bibite ex eo omēs humili
ter et deuote.fideliter et virtuoſe.Q̄ȝ aūt ſeparatim fit cō
ſecratio corporis et ſanguinis criſti.cum tn̄ ex parte con
tenti ſit tm̄ vnum et idem ſacramentū.fit ideo.ad deno=
tandū ꝙ ſanguis criſti in paſſione ſeparatus fuit a cor
pore.Nam primo ſanguis ſubtilis et intercutaneus per
ſanguineū ſudorem effuſus fuit Secundo ſanguis ma
gis groſſus etiam intercutaneꝰ per flagellationē extrac
tus fuit.Tertio ſanguis capitis ꝑ ſpinee corone impreſ=
ſionem Quarto ſanguis neruorū affluxit per clauoruȝ
infixionem.Quinto ſanguis alens cor et vitam per lan
cee tranſlationē Et ſic totus ſanguis criſti in paſſiōe ex=
tractꝰ et ſeꝑatus fuit a corpore criſti Ideo in memoriam

iſtius fit ſeparatī conſecratio corporis et ſanguīs criſti.
¶ Quanq̄ʒ dixi hic eſſe ſub ſpetie panis et vini vnuʒ ſa
cramentū ratione contenti.poſſunt tn̄ dici diuerſa ſacra
menta.ratione ſpetierū continentiū. Unde cum dicit̄ in
complendis.Profitiant nobis ſacrm̄ta ꝛc̄. Ibi fit relatio
ad continēctia ſiue signi.icātia Sed cum dicit̄ in ſingu-
lari.Ut hoc tuū ſacramentū ꝛc̄.fit relatio ad contentuʒ
et ſignificatuʒ ¶ Dicit̄ in verbis premiſſis Accipiens et
hunc preclarū calicem.Hic ſacerdos fatetur eundem eſſe
quē criſtus accepit ī manus ſuas.hunc et eundē intelli=
gendū eſſe non idēptitate metalli.ſed repreſentatōe miſte
rij.continentē eandem materiā ſacramēti ſcʒ vinū de ge
nimine vitis ¶ Subiungit̄ Hic eſt calix ſanguinis mei
hec verba ſacerdos ꝓferre debet cum intentōe conficiēdi
ſanguinē Et ponit̄ hic methaphorice continēs pro con
tento Et eſt ſenſus Hic eſt calix ſanguīs mei.i.ille eſt ſan
guis meus.per modū poculi ſalutiferi miſtrat᷒.¶ Uer=
ba quidē ad conſecrationē calicis et ſanguīs criſti ꝑtinē
tia ſm albertū iſta ſufficere vident̄. Hic eſt calix ſangui
nis mei Sed.ſ.thomas vult.ꝙ hoc totū Hic eſt calix ſan
guīs mei noui et eterni teſtamēti miſteriū fidei.qui ꝓ vo
bis et ꝓ multis effundetur in remiſſionē peccatorū.ſit de
forma ſanguīs criſti.Et illa opīo cōiter tenet̄ et videtur
rōnabilior Ideo calix nō debet an̄ leuari niſi totū dicat̄.
vſqʒ ibi.Hec quotiēſcunqʒ feceritis.Dicit itaqʒ ſacerdos.
Hic ē calix ſanguis mei.quaſi idē et vnū ſit cū xpo.⁊ me
rito Si.n.cōicantes vnū ſunt cū xp̄o.ſicut ipſe dixit.Qui
mādūcat meā carnē.et bibit meū ſanguinē in me manet
et ego ī eo ioh̄.vj.Multo ampli᷒ ſacerdotes ꝯficientes ⁊
diſtribuentes criſto vniunt̄ Eo ꝙ hoc fatiunt.dicunt et
conficiunt.ſicut criſt᷒ dixit.fecit et confecit.ſi ſaltē cū pura
et recta intentiōe hoc fecerint Quēadmodū legimus de
quodā fratre ordinis nrī ciſtertienſ mōaſterij vualtzenſ
Qui habuit ſingularē gratiā ī miſſa.vt et verbis inten=

deret et ſignis et factis que gerunt᷑ et proferunt᷑ in miſſe
offitio. cui ex hoc datus eſt horū plenior intellect⁹ Cū em̄
in actu conſecratōis verba de forma conſecratōis ꝓfer=
ret. aliquotiēs occurrit illi in mente cogitatio dei ſibi con
gaudendo. Ecce nunc vnū es cum criſto. criſt⁹ in te. et tu
in illo Affectu quoqꝫ mentis orabat. Profitiat dn̄e hieſu
criſte. gratia ī me per veram fidē et caritatē. et hanc bea
tificā vnitatē. vt indiuiſus ſemper in te maneā et omneꝫ
lapſum fugiā mortalis culpe. et pericula euadā preſen=
tis vite. iuditiū et penā iehenne. Cui nō defuit diuina cō
ſolatio. Viſum eſt em̄ illi. ꝙ miſſaꝫ celebraret et cū ad ea=
dem verba veniret cogitatūqꝫ eundē replicaret. ecce vi=
det ſe totū in hoſtia. et totuꝫ criſtū in ſe. ita mirabiliter vt
duo corpora diuerſis ſpetieb⁹ et lineamētis corporalib⁹.
diſtincta. eundem tn̄ locum occuparēt. tam in ꝓprio ſa=
cerdotis corpore q̄ꝫ in hoſtia ſalutari. Nec potuit ille fra
ter et deuot⁹ ſacerdos. in omnib⁹ creaturis huius vnio=
nis dignū habere exemplū. nec ſuffitiens documentū. cū
nō nūq̄ꝫ ſuis precaris fratrib⁹ interloquēdū referret. niſi
ferrum ignitū. Modū itaqꝫ expreſſit in eo. Proprium ca
lorem et vigorē habet ignis. hec tn̄ ferro cōmunicat. fer=
rum vero habꝫ propriā figuram et magnitudinē. que ſi
militer igni non negat᷑. Sic in iſta viſione duorū corpm̄
vnus loc⁹ et duplex effigies apparebat. In qua xp̄s oſtē
dere voluit quō eſſet vnū in actu conſecratōis cum ſacer
dote. ¶ Sequit᷑ Noui et eterni teſtamēti. Nouū dicit᷑ re
ſpectu veteris teſtamēti. Eternū vero. i. perpetuū a parte
poſt. qꝛ eternaliter durabit et non reuocabit᷑. ¶ Sequit᷑
Miſteriū fidei. i. ſacrm̄tum ſecretū fidei. quod poteſt refer
ri ad paſſionē et morteꝫ criſti. que fuit ſanctiſſimū ſacra
mentū ſub figura veteris teſtamēti abſconſuꝫ. et fide an
tiquorū patrum precognitū. tanq̄ꝫ miſteriū regalis ⁊ ge
neralis redemptiōis nature hūane. ¶ Sequit᷑ Qui pro
vobis et multis effundet᷑ in remiſſionē peccatorū Gloſa

ꝑ vobis preſentibꝰ. et pro multis futuris effundet. ¶ Sequitur in remiſſionē peccatorū. quo ad culpā atqꝫ penā eo ꝙ criſti paſſio ſit ſufficiēs remediū ad remiſſionē peccatorū. ¶ In die paraſceues vnū ſingl'are agit hic memoratu dignū. Nam tunc ī offitio hoſtia ꝯſecrata ī vinū non ꝯſecratuz mittit. Hoc fit ideo. q2 iſta die xp̄s totꝰ imerſꝰ erat ī aq̄s tribl'atōis. vt figuratū fuit ione. j. vl' iō q2 xp̄s in die paſceues totalit ī ſuo ſanguie ē madefcūs.

**Hec quotienſcūqꝫ feceritis in mei memoriam facietis.**

¶ Et exponit ſic Hec. i. hanc hoſtiā Quotienſcūqꝫ. ſ. obtuleritis Feceritis. i. cōſecraueritis et māducaueritis In mei mēoriā facietis. i. mortis et paſſiōis mēoriā habeatis Hec verba origīaliter habent Lu. xxij. Et ſm ratōnale hec clauſula tam ꝯſecratōez corporis q̄ʒ ſanguīs reſpicit Et ideo poſt depoſitū calicez debet dici.

**Unde et memores dn̄e nos tui ſerui ſed ⁊ plebs tua ſctā xp̄i filij tui dnī dei nrī btē paſſiōis. nec nō ⁊ ab inferis reſurrectiōis. ſed ⁊ ī celos glioſe aſcēſiōis offerimꝰ p̄clare maieſtati tue. de tuis donis ac datis. hoſtiā ✠ purā. hoſtiā ✠ ſanctā. hoſtiā ✠ immaclatā. panez ſanctum ✠ vite eterne. et calicem ✠ ſalutis perpetue.**

¶ Hec ē quarta ps p̄ncipalis totiꝰ canonis. in qua pꝰ q̄ʒ facta eſt et poſita oblatoꝝ ꝯſecratio. nūc fit ꝯſecratoꝝ comēoratio. Et diuidit iſta ps in tria capit'la Primū vero

ſubdiuidit̃ ĩ tres pticulas. In primo ad mēoriā reuocat xp̄i paſſionē et ei⁹ reſurrectionē. ꝓ quib⁹ donis gratuitis offerre ſe dʒ hoſtiā purā ⁊c̄. Lrā ſic cōſtruit̃ Unde o dn̄e nos ſerui tui. i. nos ſacerdotes. Sed et plebs tua ſctā. i. populus criſtian⁹ tua paſſiōe ſanctificat⁹. ſ. exn̄tes mēores eiuſdē xp̄i filij tui. dn̄i dei nr̄i tam btē paſſiōis. ſ. que nos btificat. Necnō. i. etiā Reſurrectōis ab inferis. i. a mortuis Sed et ĩ celos gl'ioſe aſcenſiōis offerim⁹. i. immolam⁹ Preclare maieſtati tue. i. p̄ ceteris tue clare potētie De tuis donis. ſ. gratuitis Ac datis. i. collatis. ſ. nobis Hoſtiam purā. i. purificantē. atꝫ ab om̄i peccato origĩali immuneꝫ Hoſtiā ſanctā. i. ſctificantē. ſ. ab oĩ peccato crimĩali Hoſtiam immaculataꝫ. i. ſine macl'a pcti venialis. Et panem ſctm̄. ſ. exn̄tē viaticū et datorē vite et̃ne Et calicē ſalutis perpetue. i. inebriātē et letificātē. nos perpetue ĩ gl'a ſempiterna ¶ Snia ē hec. Ex quo oblatio h⁹ ſacrifitij fieri debet ĩ filij tui mēoriā. et ei⁹ mortis et paſſiōis Nos ſacerdotes ſui dei et tota eccl'ia tua ſancta ꝯmēorātes. tam e⁹ beatā paſſionē q̄ʒ ab inferis reſurrectionē. et gl'ioſaʒ aſcēſionē. offerim⁹ tibi. de tuis donis gratuitis hoſtiā puraʒ. ¶ Dicit quidē ſacerdos. Unde et mēores. q2 ipſe dn̄s nobis p̄ceperat vt hoc ĩ ſui mēoriā facerem⁹ Jccirco tria cōmēorando nobis ꝓponit eccl'a ſcʒ tam beatā paſſiōʒ. necnō ab inferis reſurrectōʒ. ſed et ĩ celos gl'oſaʒ aſcenſionē. quoꝝ primū vulnerat caritatē Scd̄ʒ ſcʒ reſurrectio. corroborat fidē Tertiū. i. aſcēſio. letificat ſpem Quid. n. ĩ nobis magis caritatē accēdit. q̄ʒ q̄ ꝓprio filio ſuo nō pepcit deus ſed ꝓ nobis oĩb⁹ tradidit illū Quid magis ĩ nobis fidē ꝯfirmat. q̄ʒ q̄ xp̄s reſurrexit a mortuis primitie dormientiuʒ Quid ĩ nobis magis ampliat ſpem. q̄ʒ q̄ criſt⁹ aſcendēs ĩ altū. captiuā duxit. captiuitatē dedit dona hominibus. vt vbi ipſe ē. illic et miniſter ei⁹ ſit. Hec innocenti⁹ ¶ Circa v̉ba text⁹ vlteri⁹ ē notandū vbi dr̄ Nos ſerui tui ⁊c̄. i. ſacerdotes. q2 ad lrāʒ hic loquit̃ de miſtris eccl'e.

ſucceſſorıbꝰ apl'orū.vt ſunt ſacerdotes.inter quos ⁊ epōs in
primitiua eccl'ia non erat drā.Unde ⁊ ſacerdotes mēores eſſe
debēt.qꝛ ipſi celebrātes miſſaꝫ et ſacrifitiū illud ex electiſſimū
offerētes.nō debēt ignorare ſe hoc ſacrifitiū laudis ī mēoriā
mortis et paſſiōis xp̄i offerre.⁊ a mēoria ſua eā nunq̄ꝫ exclu
dere.ſed eā ſp̄ tanq̄ꝫ pn̄tē pre oculis hrē ¶ Et ſubdit Sꝫ et
plebs.t.ſ.i.pplꝰs criſtianꝰ etiā mēor eſſe debet tue paſſiōis.qꝛ
nō ſolū criſtꝰ ꝓ ſacerdotibꝰ.verū etiā ꝓ tota plebe.ne periret
paſſus eſt et mortuꝰ.iccirco et tota plebs hꝰ amare paſſiōis
mēor eſſe debet.Hec plebs ſancta dr.qꝛ ex fide et baptiſmo
ſctificata ē.et hec plebs vna cū ſacerdote offert.Et ꝗ̄ ſacer=
dos dt.Nos tui.Sed et plebs.t.ſ.offerimꝰ.qꝛ qđ ſacerdotes
agūt miſterio.pplꝰs agit voto.¶ Et ſubdit Xp̄i.f.t.d.d.n.
Filiū dei vocat dm̄ deū nrm̄.qꝛ eadē intētōe ⁊ deuotōe a no
bis ē colendꝰ.qu a deꝰ pater.qꝛ cōſubālis et coeternꝰ eſt deo
patri.nō alter ſ idē deꝰ noſter.et oīm ſicut ipſe docet loquēs
apl'is dicēs Creditis ī deū et ī me credite.deū ſe ī hoc cōteſ=
tās vt ait.b.augꝰ.¶ Subiūgit Offerimꝰ p̄cla.ma.t.Maieſ
tas dei dr p̄clara.q̄ſi pre alijs clara.Si.n.iuſti florebūt ſicut
ſol in regno pr̄is eterni.q̄ꝫto magis diuīa maieſtas refulget
¶ Sequit De tuis.do.ac.da.Sꝫm innocētiū exponitur ſic
Nos offerimꝰ tibi de tu.do.i.de frugibꝰ ſegetū q̄ꝫtū ad pa
nē.qui ꝯuerſus ē in carnē et corpꝰ xp̄i.Ac da.i.fructibꝰ ar=
borū q̄ꝫtū ad vinū.qđ eſt ꝯſecratū in ſanguīe.de his inq̄ꝫ et
illis offerimꝰ Hoſti.pu.⁊c.purā q̄ꝫtū ad cogitatōꝫ Sanctā
q̄ꝫtū ad locutōꝫ.Immacl'atā q̄ꝫtū ad opatōꝫ.Debꝫ em̄ eſſe
offerēs purā hn̄s cogitatōꝫ.ſcāꝫ locutōꝫ.⁊ immacl'atā opa
tiōꝫ.¶ Seq̄t Pa.ſ.vi.eter.qꝛ eſt viaticū hic nos ſuſtētans et
poſtea ducēs ad eternā patriā.¶ Et ca.ſa.ꝑpe.in quo ē po
tus inebriās nos et letificās ꝑpetue Eſt etiā xp̄s hoſtia pu=
ra.electos ſuos a pctīs purificans.Hoſtia ſctā.electos ſuos
ſctificās Hoſtia immacl'ata.macl'as nrās purgās ¶ Pa
nis ſanc.vi.eter.hoīes et angelos refitiens.Calix ſalu.ꝑpe.i.
ex calice ſui ſanguīs inebriās et ꝑfundēs.¶ Et notandū q̄

ſuꝑ eucariſtiã ꝯſecratã plẽiſſime fuĩt quiqꝫ cruces. Nõ ad eucariſtiã ꝯſecrandã. ſed potiꝰ ad dñice paſſiõis mẽoriã habendã. Nã quãtũ ad ordinẽ eucariſtie ꝯſecrãde caplᷣm illõ ſcꝫ Qui ꝓdie qꝫ pa. ĩ fine cãonis ſubiri debuiſſet quãqꝫ ĩ eo ꝯſecratio ꝯſumat̃. Sed qm̃ impediuiſſet ordinẽ hiſtorie recolende. qꝛ quicq̃d fuit geſtũ ĩ medio vl̃ pĩcipio recolit̃ ĩ fine. Eccl̃ia ꝓuide ordiauit. vt ordinẽ ſuaret hiſtorie. q̃re ⁊ v̄ba ꝯſecratiõis cãonis ibidẽ collocauit vt tam littere qꝫ hiſtorie ſuus ordo ſeruetur.

**Supra que ꝓpitio ac ſerẽo vultu reſpicere digneris. ⁊ accepta hr̃e ſicuti accepta hr̃e dignatꝰ es. mũera pueri tui iuſti abel. ⁊ ſacrifitiũ pr̃iarche nr̃i abrahe. et qd̃ tibi optulit ſummꝰ ſacerdos tuꝰ melchiſedech ſanctum ſacrifitiũ immaculatam hoſtiam**

¶ Iſta eſt ſcd̃a ꝑticula primi capituli quarte ꝑtis. in qua illa ꝯſecrata et oblata in figuris ꝯmẽorant̃. et petit̃ vt diuino vultu benigniꝰ reſpitiant̃ a deo et accepten̄t. Et conſtruit̃ lr̃a ſic. ¶ Supra que. ſ. dona ⁊ data. ſ. o deꝰ Digneris reſpicere ꝓpitio vultu. i. placido facie Ac ſereno. i. illuĩato Et digneris hr̃e accepta. i. grata. ſ. qꝫtũ ad offerentẽ Sicut dignatꝰ es hr̃e accepta. i. grata Mũera. i. oblatões Pueri. i. ſui tui iuſti abel ſic dicti Et ſacrifitiũ. i. holocauſtũ Abrahe nr̃i patriarche. i. ſancti pr̃is Et quod. ſ. ſacrifitiũ Summꝰ. i. ſupremꝰ ſacerdos tuꝰ Melchiſedech ſic dictꝰ. Optulit tibi ſcm̃ ſacrifitiũ et immaculatã hoſtiã. ¶ Sñia lr̃e O deꝰ pater clemẽtiſſime. nos petiꝰ vt digneris reſpicere ꝓpitiꝰ placida facie ſuper hec dona et data. i. ſuꝑ corpus et ſanguinem xp̃i filij tui. habendo ea grata et accepta. ſicut grata et accepta

dignatus es habere mu[illegible]era iuſti abel. ⁊ ſacrifitia ſancti abrahe patriarche. et melchiſedech ſummi tui ſacerdotis Notandū ꝙ abel dicit͛ puer. tam a pueritia ꝙꝫ a purita te Juxta illud yſa. 62. Ecce puer meus dilect⁹ quem ele= gi. poſui ſup̱ eum ſpiritū meum Abraham dicit͛ patriar cha. non tm̄ iſrahelitice plebis. ſed et populi criſtiani. Jl lius per carnē. iſtius vero per fidem. Melchiſedech vt dr geneſ͛. xiiij. optulit panem et vinū in ſacrifitiū. reddendo gratias deo de victoria abrahe ī ipſo figuratū. Dicitur ſumm⁹ ſacerdos. q2 erat ſacerdos dei altiſſimi. Cui⁹ ſacri fitium erat acceptū deo valde Jdeo ſubiungit͛ ſanctuꝫ et immaculatū ſacrifitiū Et illa verba addidit leo papa prim⁹ Et poſſunt ita referri ad ſacrifitiuꝫ melchiſedech. quod dicitur ſanctum et immaculatū. propter ſacrifitiū eucariſtie in ipſo figuratū. ❡ Sequitur textus.

Supplices te rogam⁹, omnipotēs de us, iube hec perferri per man⁹ ſancti angeli tui in ſublime altare tuū, ī cō= ſpectu diuine maieſtatis tue, vt quot= quot ex hac altaris p̱ticipatiōe, ſacro= ſanctū filÿ tui cor ✠ pus ⁊ ſan ✠ guinē ſumpſerim⁹, omni bene ✠ dictiōe cele ſti ⁊ gratia repleamur, Per eundē cri ſtum dominū noſtrum,

❡ Jſta eſt tertia p̱ticula primi capituli quarte p̱tis ca= nonis. in qua petit͛ effectus huius ſacramēti. qui eſt diui ne gratie infuſio. Exponit͛ ſic littera O onipotens deus nos ſupplices. i. hūiles et deuoti Rogam⁹ i. deprecamur te Jube. i. fac ſcꝫ hec vota tua Perferri. i. repreſentari Per manus. i. miniſteriuꝫ Sancti angeli tui ſcꝫ aſſiſtētis Jn

ſublime altare tuū.i.in totā curiam celeſtē In conſpectu
diuine maieſtatis tue.i.glorie tue Ut quotquot.i.quoti=
enſcunqȝ nos fideles tui Sumpſerimꝰ ſacroſanctū.i.ſan
ctum corpus et ſanguinē filiȷ tui. Ex hac participatōe.i.
cōmuniōe altaris.repleamur omni benedictōe et gratia
celeſti Per eundē criſtum dominū noſtrū Sententia eſt.
O omnipotēs deus.hūiliter te deprecamur.iube noſtra
vota et noſtras orōes.per miniſteriū ſanctorū angelorū
perferri ī cōſpectu tue diuine maieſtatis.vt omēs ex hac
participatōe altaris.gratia et celeſti benedictōe replea=
mur.Hic ſacerdos deuote inclinat ſe.Et orat cancellatis
manibꝰ ante pectus Et ſignificat ꝙ ihūs morti appro=
pinquās incepit deprimere oculos.et palleſcere et nigreſ=
cere.Nec habens vbi caput ſuū miſeriis feſſum.⁊ ſpinea
corona.et ſanguine in crinibꝰ capitis congelato graua
tum inclinaret.niſi ſup̱ pectus ſuum.offerēs ſe ipm patri
pro peccatoribꝰ. ¶ Dicit notanter Iube hec.i.corpꝰ xpi
miſticū.quod eſt eccleſia militās.ſm alexandrū de halis
Perferri.i.aſſotiari In ſublime altare tuū.i.in eccl'aȝ tri
umphantē.que altare dicit.iuxta illud leui. Ignis in al
tari meo ſemp̱ ardebit Et hoc p̱ manus ſancti āgeli tui
et per virtutē et op̱ationē criſti filiȷ tui.qui eſt magni cō
ſiliȷ angelus yſa.iiij. Deinde cōcludit Per.x.d.n. Ubi nō
reſpondet.amen.qꝛ credit ab angelis reſponderi.

Memēto etiā dn̄e famulorȝ famularū
qȝ tuarū.N.et.N.q̄ nos p̄ceſſerūt cū
ſigno fidei et dormiūt ī ſomno pacis.
Ipſis et oībꝰ in xp̄o quieſcētibꝰ locuȝ
refrigerij lucis ⁊ pacis vt indulgeas de
p̄camur.Per eundē.x.d.n.amen.

¶ Hec ē quīta p̱s p̄cipalis totiꝰ canonis.ī qua orat p̱
refrigerio et glīa mortuorū Et cōſtruit lrā ſic Etiā o dn̄e

Memēto .i. miſerere Famuloꝝ qȝ .i. et Famulaꝝ tuarū .i. oīm tuoꝝ fideliū et eorū qui pceſſerūt nos. Cū ſigno .i. caractere Fidei .i. baptiſmatis Et dormiūt .i. reqeſcūt ī ſomno pacis O dn̄e nos deprecamur .i. petiꝰ Ut indulgeas .i. tribuere digneris Ipſis .ſ. p quibꝰ hic oramꝰ Et oibꝰ qeſcētibꝰ in xp̄o .i. qui ī fide catholica deceſſerūt Locū refrigerij .i. gaudij Lucis .i. glīe ⁊ pacis eterne Sn̄ia ē hec Oipotēs deus nos etiaȝ rogāꝰ et petiꝰ te ſuppliciter. vt miſerādo recorderis. famuloꝝ famularūqȝ tuaꝝ fideliū. q̇ cuȝ ſigno fidei obdormierūt ī ſomno pacis. Et petiꝰ vt iſtis ⁊ omībꝰ fidelibꝰ defunctis in xp̄o. locū indulgētie. locū lucis et locū refrigerij et pacis ꝑpetue largiaris. p eundē. x. d. n. ¶ Dicit̄ notāter. etiā. q. d. Mēoriā viuoꝝ deuote obſeruauiꝰ Nunc etiā et mēoriaȝ defunctoꝝ habeamꝰ. iuxͣ illud. b. auguſtini Nō ſunt pretermittēde ſupplicatōes p ſpiritibꝰ mortuoꝝ. et qꝛ aliqn̄ deſunt amici. parētes. cognati. qui ſupplicatōes p eis effunderēt. ergo ⁊ pia mater .i. tota eccl'a. oēs defunctos ſub gn̄ali ꝯmēoratōe ſuſcipit taciti ſqȝ eis noibꝰ exhibet ꝯmēoratōeȝ. Sed noīa coꝝ nō recitēt oretenꝰ. ſed ī corde mēoriter ⁊ cordetenꝰ ſacerdos reuoluat. Prohibitū ē. n. ne alicꝰ ī collectis miſſe. neqȝ ī canone. mētio noietenꝰ ⁊ oretenꝰ publice fiat. q̇ p ſe vel ſuis miſſaȝ ꝯpat. ne ex hoc p̄ſumptio auaritie ſacdotē fallat.

Nobis quoqȝ pctōribꝰ famlis tuis de mltitudīe miseratōnū tuaꝝ ſpantibꝰ piē aliq̄ꝫ ⁊ ſotietatē dōare digneris cū tuis ſanctis aplis ⁊ martiribꝰ Cū Johanne ſteffano mathia barnaba ignatio alexandro marcellino petro felicitate ꝑpetua agatha lutia agna cecilia anaſtaſia. Et cū omnibꝰ ſctīs tuis.

intra quorū nos conſortiū, nō eſtimator meriti, ſed venie queſumꝰ largitor admitte Per criſtū dominū noſtrum, Per quem hec oīa domīe ſemꝑ bona creas, ſancti✠ficas, viui✠ficas, bene✠dicis et preſtas nobis, Per ip✠ſuz et cum ip✠ſo, et in ip✠ſo eſt tibi deo patri oīpotenti ✠ in vnitate ſpūs ſancti, omnis honor et gloria, Per omīa ſecula ſeculorum amen.

¶ Capitulū ſcd̄m quinte partis principalis ipſiꝰ canonis. in qua oratio ſecūdario iteratur pro viuis cū cōmemoratione quorundā ſanctorū prius obmiſſorum. ¶ Et conſtruitur ſic littera .ſ. o omnipotens deus. tu digneris dare et concedere. Nobis peccatoribꝰ famulis et famulabus. i. fidelibꝰ tuis Sperantibꝰ de multitudine. i. de immenſitate Tuarū miſerationū. i. tue miſericordie. Aliquā partem et ſotietatē. i. conſortiū Cū tuis ſanctis apoſtolis et martiribꝰ. ſcz cum Johanne Steffano Mathia ꝛc̄. et cum omnibꝰ ſanctis tuis. O largitor nos queſumꝰ Admitte. i. adiūge nos Intra conſortiū. i. ſotietatē Quorum ſcz ſanctorū tuorū Non eſtimator meriti. i. non ſcd̄m exigentiā noſtri meriti Sed venie largitor. i. ſcd̄m exigētiaz miſericordie tue. per xp̄m dominū noſtrū Per quē ſcilicz criſtū. ſ. tu deus creas. ſ. quantū ad ſubſtantiā Sanctificas. ſ. ſcd̄m cauſas ſacrm̄tales Viuificas. reſtaurādo nobis vitam ſpiritualē. Benedicis. ſ. multiplicādo nobis ꝑ hec dona gratie. Et preſtas. i. cōcedis nobis. Hec oīa. ſ. dona ſemꝑ bona Per ipſum. ſ. xp̄m. et cum ipſo. et in ipſo Eſt

tibi deo patri oīpotenti.et hoc in vnitate.ſ.eſſentie ſpirit⁹
ſancti.oīs honor et gloria. Per oīa ſecula ſeculorū.i.eter=
naliter Sentētia Oīpotens deus.qui nō es eſtimator me
riti.ſed largitor venie.digneris nos aſſotiare ſanctis tu=
is.et aliquā partē btītudinis cū iſtis ſanctis tuis ſcȝ Jo
hanne ſteffano ꝛc̄.et cum omnib⁹ ſanctis tuis.digneris
nobis peccatorib⁹ de miſericordia tua ſperantib⁹ dare ꝑ
xp̄m dominū noſtrū Per quē hec dona bona creas.ſan
ctiſicas.viuificas.bn̄dicis et preſtas nobis.Per ip̄m ꝛ cū
ipſo et in ipſo eſt tibi deo patri oīpotenti.ī vnitate ſpirit⁹
ſancti.oīs honor et gloria per oīa ſecula ſeculorū Nota
quando dicit᷑ Et preſtas nobis.tunc corporale remouet᷑
de calice.Et ſignificat ꝙ velū templi ſciſſuȝ eſt a ſummo
vſqȝ deorſum Nota ꝙ calix ideo cooperit᷑ corꝑali.q2 ſan
guis in calice repreſentat corp⁹ criſti ī ſepulcro poſitū.ſin
done inuolutū.Sed hoſtia vel corp⁹ criſti non tegitur.q2
ſignificat corp⁹ criſti poſitū extra ſepulcrū nondū inuolu
tū.Hec rōnale Poſtea ſacerdos alte fatiet oratiōeȝ vt po
pulus reſpondeat amen.dicēs Per oīa ſecula ſeculorum
Et ſm̄ innocētiū deſignat illud ꝙ xp̄s magna voce cla
mando emiſit ſp̄m.et ꝙ hic eſt finis canonis. ¶ Circa fi
nem canonis et ſequētiū breuiter eſt notandū.ꝙ cruces
circa textū ſacri canonis non ſp̄ explicant᷑ eodem modo
quo in libris ſecularium notent᷑ Nemo tñ ex hoc moueat᷑.
q2 quelibet religio et dioceſ.in his ꝯſuetudinē ſuam ob=
ſeruat.eo ꝙ hmōi cruces nō ſunt de neceſſitate ꝯſecrati=
onis.Sed dūtaxat hic aſſignant᷑.vt inquit doctor ſctūs
parte.iij.q.lxxxiij.ar.ij.q2 ſacerdos in celebratōe miſſe vti
tur cruce ſignatōe.ad exprimendā paſſionē criſti que ad
crucem eſt determiata.q2 ſi ad conſecratiōeȝ aliquid ope
raret᷑ plures poſt eleuationē fiunt.ſequeret᷑ ꝙ añ canuȝ
completōeȝ nō eſſet hic perfectū ſacrm̄tū quod eſt hereticū
Cū vero vna religio per hmōi cruces aliter criſti paſſiōȝ
preconcipit.aliter nōnunꝗ̄ circa aliqua verba canonis

eiuſdem cruces et differēter aſſignat. Itaqȝ in ſequētibꝰ
añ ſumptionē corporis et ſanguis criſti alique aſſignā=
tur oratōes apud religioſos.et alique apud ſeculares.cū
hmōi potiꝰ ſupaddite ſint ex deuotōe.q̄ȝ poſite ex ncītate
obſeruat quis ſuā approbataȝ conſuetudinē ⁊ tm̄ de illo.

O Remus p̄ceptis ſalutari bꝰ
moniti et diuina inſtitutōe
formati audemꝰ dicere. Pa
ter noſter qui es ī celis. ſan
ctificetur nomē tuū. Adueniat regnū
tuū. Fiat volūtas tua ſicut in celo ⁊ in
terra Paneȝ noſtrū cottidianū da no
bis hodie Et dimitte nobis debita ⁊c.

¶ Poſt finē canonis ſacerdos agit de conſecratoꝝ dig
na perceptōe Et diuidit̄ ſequēs materia ſilr in quinqȝ
partes Primo premittit̄ dnica oratio.cū eius prefatione.
per quā fideles ad perceptōeȝ huiꝰ ſacrm̄ti diſponunt̄.et
quodāmodo ſanctificant̄.¶ Oratio dnica habet prefa
tionē vl̄ lectionē.que ꝯſtruit̄ ſic. Oremus.ſ.inſimul Nos
moniti.i.inſtructi Salutaribꝰ preceptis.i.preceptis domī
noſtri hieſu xpi.aut ſalutiferis documētis.Et formati.i.
eruditi Diuina inſtitutōe.i.ex diuina ordinatōe.qualiter
debemꝰ orare Audemꝰ dicere.i.audacter ꝓnunctiare.do
minicā oratōeȝ Pater noſter ⁊c.Sanctꝰ Gregoriꝰ papa
dnicam oratiōeȝ ſup hoſtiā in altari decātandā inſtituit
aſſerens incongruū eſſe.vt ſupra eucariſtiā diceret̄ ora=
tio quā ſcolaſticꝰ cōpoſuerat.et illa obmitteret̄ quā dn̄s
et magiſter ipſe dictauerat.Et cantat̄ apud grecos a to
to populo.apud nos a ſolo ſacerdote.qui ſacrificat ī per

ſona populi. Et captat in primis beniuolētia. cū dicitur pater noſter ſcz rōne gñalis prouidētie Qui es in celis. i. beatis ſm gloriā. Sequunt petitōes ſeptē Sanctificetur nomē tuū. i. vt sctm̄ habeat et glificet ab omnib⁹. et hoc pertinet ad gloriā dei. Adueniat reg. tu. i. optam⁹ vt venire poſſim⁹ ad vitā eternā Fiat volun. tu. ſi. in ce. i. optamus vt ex tua grā ſp̄ ſatiem⁹ dei voluntatē. et iuſte viuamus ſicut ī celo. i. in beatis Et ī terra. i. terrenis perficiatur volūtas tua Panē no. cot. da no. ho. i. vite neceſſaria. cottidie tribuere digneris. Quottidianuz. i. quottidie neceſſariū Et dimit. no. de. i. peccata nrā Sicut ⁊ nos dimit. debi. no. quo ad offenſam et q̄ꝫtū ad rancorē. et hoc ē neceſſitatis. licet q̄ꝫtū ad iniuriā et ſatiſfactōez non ſit neceſſitatis. ꝙ quis ſp̄ dimittat ꝓximo. ſed eſt quidē ſup erogatōis aut pfectōis Et ne nos indu. in tēp. i. nos ne inducı ꝑmittas ī temptationē ſic ꝙ ab ipſo vincamur Sed. li. nos a malo. pene et culpe. mundi et carnis Amen. i. fiat

**Libera nos q̄ſum⁹ dn̄e ab omīb⁹ malis, p̄teritis, p̄ntib⁹ ⁊ futuris Et intercedēte btā ⁊ glo̾sa ſp̄ virgīe dei gēitrice maria, ⁊ beatis aplis tuis petro et paulo atꝫ andrea, cū oīb⁹ ſcīs tuis da ꝓpiti⁹ pacē in dieb⁹ nrīs vt ope miſericordie tue adiuti, et a pctō ſim⁹ ſp̄ liberi, et ab omni ꝑturbatione ſecuri.**

Hic lectō ponit emboliſm⁹ dn̄ice orōis in quo ſacerdos meminit preteritorū malorū. et grauatur ꝑ preſens et timet futurꝫ malū Orat ergo vt de⁹ nos liberet ab iſtis malis in precedēti orōe dominica memoratis Et exponit ſic

DD ij

O domine quesum⁹.i.rogam⁹ Libera nos.ſ.homies i tua laude exiſtes Ab omnib⁹ malis.preteritis.pñtib⁹ ⁊ futuris ſcʒ penalib⁹.ſuper nos non inducẽdo ſicut ſup egiptios.ʒodomitas filios iſrahel.Et intercedẽte pro nobis ſcʒ omnib⁹ Beata et glorioſa.ſ.qꝛ plena gratia Semp.i.perpetue Uirgine dei genitrice Maria que amarũ mare dicitur.qꝛ ab illo tpe quo ſimeon prophetauit Et tuã ipſi⁹ animã pertrãſibit gladius doloris.vſqʒ ad criſti paſſiõʒ nunq̃ʒ dies preterijt ĩ qua iſta verba nõ reuolueret ⁊ ipa amare fleret.cogitando qñ fiet iſtud. Et beatis aplis tuis Et petrus reſumit̃ ꝓpter principatũ apoſtolat⁹ Paulus propter priuilegiũ doctrine Andreas propter priuilegiũ amoris crucis Et omnib⁹ ſanctis tuis qui fuerũt in eccleſia militãte Da propiti⁹ pacem ſcʒ pectoris.que ĩ hoc ↄñſtit.vt ſimus ab oĩ peccato ſinceri et liberi. et pacẽ tẽporis.qua ſum⁹ ab omni ꝑturbatõe ſecuri.¶ Nota hec oratio ſub ſilentio dicit̃ Et ſ̃cat illud ſilentiũ ſabbatum in quo corp⁹ dñi in ſepulcro quieuit.¶ Nota iſta oratõ dicit̃ emboliſm⁹.i.ſuper excreſcẽtia.eo ꝙ nihil in ea petit̃ quod in precedẽti oratione dnĩca petitum nõ fuit.nec tñ ſuperfluit.qꝛ eſt repetitio ſeptime petitõis ſcʒ Sed libera nos a malo.cũ certis ſuperadditis.

Per eundẽ dominũ noſtrũ hieſuʒ criſtum filiũ tuũ.qui tecum viuit et regnat deus ĩ vnitate ſpũs ſancti.

¶ Hic tertio ponunt̃ verba que ꝓferunt̃ qñ fit fractio ſpecierũ hoſtie Et dicit innocenti⁹ ꝙ ſacerdos frãgit hoſtiam vt in fractõe panis dominũ cognoſcam⁹.ſicut iſti duo diſcipuli ↄgnouerũt.quibus dñs in die reſurrectõis apparuit in emaus.Quo facto alta voce ſacerdos dicit. Per oĩa ſecula ſeculoꝝ.Poſt ſubiungit Pax ✠ dñi ſit ✠ ſp̃ vobiſ ✠ cum Et facit tres cruces ſuper calicem ſ̃m inno.

ad oſtendendū q̄ virtus trinitatis animā crucifixi re-
duxit ad carnē. ne derelinqueret animā eius in inferno.
nec carnem ei⁹ daret videre corruptionē. Poſtea chorus
reſpondet Et cū ſpiritu tuo. quaſi dicat. Tu nobis pacē
optas et eadem pax cū ſpiritu tuo maneat. qtin⁹ toto ſpi
ritu diuinis miſterijs aſſiſtas. ⁊ ſpūali gaudio plen⁹ ſtas
q̄ criſtus cū ſalutaſſet apoſtolos. dedit eis poteſtatem re
mittendi peccata dicēs Quorum remiſeritis peccata ⁊c̄
Jccirco chor⁹ clamat et poſtulat ab eo remiſſionē pecca
torum dicens.

Agnus dei qui tollis peccata mundi
Miſerere nobis. Agnus dei qui tol-
lis peccata mūdi. Miſerere nobis Ag-
nus dei qui tollis peccata mundi. Do
na nobis pacem.

¶ Ubi ſciendū q̄ agnus dicit̄ ab agnon grece quod eſt
piū latine q̄ pius et manſuet⁹ eſt. Et Sergius papa in-
ſtituit vt añ cōicantes agnus dei a choro decantaretur
¶ Nota q̄ criſtus quia in ara crucis patrem cognouit
et matrem. patrem per obedientiā. matrem p̱ curam Jbi
q̄ pius obtulit ſe pro nobis Et ideo in altaris immola-
tione ter dicit̄ agnus dei. q. d. Agnus dei qui cognouiſti
patrē miſerere nobis Agnus dei qui agnouiſti matrem
miſerere nobis Agnus dei qui redemiſti mūdū dona no
bis pacem Et dicit̄ notanter. miſerere nobis bis. ꝑ ter
peccatū originale ⁊ actuale. Tertio dicit̄ Dona nobis. i.
eccleſie pacem ī aduerſitatib⁹ Sed in miſſis defunctorū.
dicit̄ ter Dona eis requiē. i. liberationē ſcȝ primo a pena
ſenſitiua puniēte Sc̄d̄o liberatōȝ a cōſciētia ⁊ verme mor
dente Tertio ab afflictiua dilatione. Poſt hoc pacis oſcu-
lū ſacerdos miniſtris porrigit Et hoc fit propter precep-



160

tũ apoſtoli Salutate vos inuicẽ oſculo ſancto. deus aũt
pacis et dilectõis maneat ſemper cum omnibꝰ nobis In
miſſa aũt pro defunctis non datur pacis oſculum. quia
fideles ãie iam non ſunt in turbatõne huius mundi. ſed
quieſcunt in dño. qꝛ dare oſculũ eſt pacis et ꝯcordie ſig=
nũ Poſt hoc mittit partẽ hoſtie in calicẽ dicẽs illã oratio
nem ſequentem.

**Hec ſacro ſancta cõmixtio corporis ⁊ ſanguĩs dñi nrĩ hieſu xp̃i. fiat mihi ⁊ omnibꝰ ſumentibꝰ ſalus mẽtis ⁊ cor= poris. et ad vitã eternã ꝑmerendam et capeſcendam preparatio ſalutaris amen**

¶ Hec eſt quarta pars predictorũ in qua ponit̃ cõmixti
onis ſpecierũ oratio Et exponit̃ ſic. Hec ſacroſancta cõ=
mixtio. i. ſancta et ſctificata vnio Corporis et ſanguinis
dñi nrĩ hieſu xp̃i. i. ſpecierũ panis et vini. ſub quibꝰ conti
netur corpꝰ et ſanguis xp̃i Fiat mihi. ſ. ſacerdoti Et om
nibus ſumentibꝰ. ſ. ſpũaliter Salus mẽtis. i. ãie et corpis
Et ad vitam eternã promerendã et capeſcendã. i. poſſi=
dendã Prepatio. i. diſpoſitio Salutaris. i. ſalutifera amẽ
¶ Nota illa oratio debet ſane intelligi ſcꝫ Hec ſacroſctã
ꝯmixtio. qđ vtiqꝫ referendũ eſt ad ſpẽs panis ⁊ vini. ſub
quibꝰ corpꝰ criſti ꝯtinet̃ Corpꝰ eñi xp̃i nõ eſt ſine ſanguie
nec ſanguis ſine corpe. ⁊ ido nõ fit cõmixtio corpis. ⁊ ſan
guinis. qꝛ idem ſibi ipſi nõ cõmiſcet̃. ſed bene fit ꝯmixtio
ſpẽrũ Mixtio eñi eſt mixitibiliũ vnio. vt dr. j. de gñatõe.

**Domĩe ihũ xp̃e fili dei viui. qui ex vo lũtate patris cooperãte ſpũ ſancto p**

mortẽ tuã mũdum viuificaſti. libera me
queſo. ꝑ hoc ſacroſanctũ corp⁹ et ſan-
guinẽ tuũ. et a cũctis iniq̃tatib⁹ meis
et ab vniuerſis malis. ⁊ fac me tuis ſꝑ
obedire mãdatis. et nunq̃ in ꝑpetuũ
a te ſeparari ꝑmittas. Qui viuis et reg-
nas deus per oĩa ſecula ſeculorũ amẽ
Corpus ⁊ ſanguis dñi nr̃i ihũ xp̃i fiat
nobis ſalus mentis ⁊ corpis. ⁊ remiſ-
ſio omnium peccatorũ in vitam eter-
nam amen

¶ Hec eſt quinta pars ſequentiũ canonẽ. vbi ponuntur
orationes ad perceptionẽ ſacramẽti preparãtes. In qua
tria petunt̃ ſcꝫ a peccatis liberatio. preceptorũ dei obedi-
tio. et a deo nunq̃ in perpetuũ ſeparatio. ¶ Nota poſt il
lam orationẽ Domie hieſu criſte ⁊c̃. celeriter dnice paſſi
onis mẽoria habenda eſt. cũ omni deuotiõe et corde cõ-
trito. et ꝯſcientia non ficta. Poſt hoc corpus criſti ⁊ ſan-
guis ſumenda ſunt In qua quidem ſumptione non ex-
pedit fieri magna mora. Sed ſacerdos breuiter et reue-
renter ſe expediat cõmunicando. propter cordis diſtrac-
tionem et mentis euagationẽ. ne irruentes cogitationes
perdant deuotionẽ. In cuius figura preceptũ fuit in le-
ge ꝙ agnus paſcalis qui figurabat criſtũ cõmederetur
feſtinauter. ¶ Nota ſacerdos in quibuſdã eccleſijs om-
nes partes hoſtie ſumit. ſed in quibuſdam vnã partem in
duas diuidit. quas miniſtris ſcꝫ diacono et ſubdiacono
porrigit. et ſic cum miniſtris cõmunicat. Et per hoc inſi

nuat. ꝙ criſtus poſt reſurrectionē cum diſcipulis mādu
cauit. ꝙ aūt vnam partem accipit. et reliquas miniſtris
impendit. inſinuat. vt lucas euangeliſta cōmemorat. qa
hieſus accipiens panem fregit. et ſumens reliquū porri-
gebat illis. quorū cor ardens erat in via. ¶ Nota ſum-
mus pōtifex non ſic ſumit eucariſtiā ſicut ſacerdos com-
munis. vel alter epiſcopus. Nec etiā ſumm⁹ pontifex ſta
tim particulam hoſtie ſubmittit in calicem. ſed eam poſt
tertium ſignaculū crucis ſuper patenam reponit. et poſt
oſculum pacis ad ſedem aſcendens. ibiqȝ cōſiſtens maio
rem partem hoſtie ſuſcipit de patena. quā diaconus ſibi
apportauerit de altari. quā dentibus ſuis diuidens vnā
particulam eius ſumit. et aliā in calicem mittit. et de ca-
lice cum calamo haurit. Deinde alias duas particulas
diſtribuit miniſtris. Diacono cū oſculo. ſubdiacono ſine
oſculo. et idem ſubdiaconus reſiduū ſanguinis in quem
ſummus pontifex partem miſit. ſumit. Romanus ergo
pontifex ibi non cōmunicat vbi frangit. ſed ī altari fran
git et in ſede cōmunicat. Quia criſtus in emaus poſt re-
ſurrectionē coram duobus diſcipulis fregit et non man-
ducauit. Sed in hieruſalem coram duodecim diſcipulis
manducauit. Aſcendens ergo ſedem ibi manducat et cō
municat. quia in eccleſia militante ſummus pontifex eſt
caput et vicarius criſti. Et ideo ſublimiori loco cōmuni-
cat. ¶ Finitis his ſacerdos ſe applicat ad ſuſceptionem
ſacre ſancte hoſtie. Quidam de manu. quidam vero de
patena corpus criſti ſummūt. Quidam de ſiniſtra. qui-
dam de dextra Et falſum eſt ꝙ quibuſdam ordinib⁹ pro
pena ſit impoſitum ꝙ aliter non niſi de ſiniſtra recipere
audeāt. Sed poti⁹ hmōi ab his tenetur ex optimis et cō
uenientiſſimis rationib⁹. quas gratia breuitatis hic pre
termittā ¶ Tutius aūt eſt de manu recipere cum digiti
in calice poſtea lauantur. Qui aūt de patena ſummunt

non lauant in calice negligentiã cõmittere poſſunt.poſt ſumptionẽ eucariſtie ſacrñtũ ſacerdos abluit digitos et perfundit.ne aliquid incaute remaneat ex cõtactu diui=niſſimi ſacrñti Hec aũt ablutio poteſt referri ad ablutõez baptiſmi.cui⁹ formã criſt⁹ tradidit poſt ſuã reſurrectionẽ. Euntes inquit in mundũ vniuerſum docete oẽs gentes Qui crediderit et baptiſat⁹ fuerit ſaluus erit Sane circa maiora tutius eſt agendũ. Sacerdos ergo ſumens ſan=guinẽ propter maiorẽ ſecuritatem et reuerentiã calicẽ cũ vtraqz manu tenere debet.ſed in pfuſiõis ſumptõe ſuffi cit altera tm̃ duobus digitis alteri⁹ manus adiunctis. quaſi p hoc innuens.ſanguinẽ ibi non eſſe. Sed ſumẽdo ſanguinẽ aliqui ter hauriũt.ad deſignandũ trinitatem. Aliqui vero quĩquies hauriũt.ad oſtendendũ ꝙ quinqz vicibus totus xp̄i ſanguis ex corpore effluxit. Perfuſiõez vero bis recipiũt.per hoc deſignãs caritatẽ que inter du os conſiſtit. Et poſt ſumptũ ſacrñtũ.non eſt ſtatim ſpu=endũ.ſi comode abſqz violẽtia nature fieri poteſt.ſed pt⁹ horam ↄuenienter ſpuere poteſt ĩ loco competẽti.vbi ſpu tum nequit pedib⁹ cõculcari. Finita perceptiõe corporis et ſanguinis criſti.antiphona ſequiꝭ.que poſt ↄmuniõz concinitꝭ.que cõmuniter ↄmunio vocatur.qꝛ modicum poſt ↄmunicatõez cantaꝭ.⁊ illa repreſentat gaudiũ apo ſtolorũ de criſti reſurrectõe ẜm id quod legiꝭ Gauiſi ſunt diſcipuli viſo dño. Poſt hoc iam in fine miſſe ſacerdos ſe transſfert ad dextrã partẽ altaris.et hoc ideo.qꝛ cultus ſi dei primo fuit ĩ populo iudaico.poſt h oc tranſiuit ad gẽ tes.in fine vero vel circa finẽ iterum reuerteꝭ ad iudeos per predicationẽ enoch et helie.qui cõuertunt corda pa=trũ ad filios.qm̃ in diebus illis ſaluabiꝭ iuda.et reliquie iſrahel ſalui fiant. Vel ẜm innocen.ẜcat gaudium dnice reſurrectõis et aſcenſiõis.ſicut in principio ſignificat ac ceſſus ad dexterã partẽ altaris gaudium dnice incar=natõis. Tunc dicit orões que vocanꝭ complende.⁊ orões

debent multiplicari equaliter collectis. ante epiſtolã pro-
nunciatis. hec oratio quã ſacerdos premittẽdo ſalutatõẽ
exequit̃. eleuatis vel extenſis manib⁹. ſignificat illã bene
dictionẽ ſcḿ innocen. quã criſtus aſcenſur⁹ in celum ele-
uatis manib⁹ legitur dediſſe diſcipulis Naz vt lucas cõ
memorat Eduxit eos foras ĩ betaniã. et eleuatis manib⁹
benedixit eos et ferebat̃ in celum Lu. vl. Poſt illas orões
pandit ſalutationẽ nouiſſimã. qua facta. vel per ſe vł per
miniſtros alta voce pronũtiat Jte miſſa eſt. Repreſen-
tans illud quod dictum eſt aplĩs Viri galilei quid ſtatis
aſpitientes in celũ. Chorus aũt qui gratulando reſpõdet
Deo grãs. imitat̃ apoſtolos. qui adorãtes regreſſi ſunt
In hieruſalem. cũ magno gaudio. Et in hoc ꝙ dicit̃ miſ
ſa eſt. datur licentia eundi populo ad propria vt ſit ſen-
ſus iſte. Jte ad propria. miſſa eſt finita. Vel hoſtia ſalu-
taris deo patri pro vobis eſt miſſa. Vel veſtra deuotio
miſſa eſt ethereis ſedibus miniſterio ſanctorũ angelorũ
Vnde conciliũ aurelionẽſe ſtatuit. ꝙ cum ad celebrãdas
miſſas pplũs criſtian⁹ in dei noĩe conuenerit. non añ diſ
cedat. ꝙ̃ miſſe ſolẽnitas compleat̃. et donec ꝑ nuntiatuꝫ
ſit Jte miſſa eſt. ¶ Sciendũ miſſa tripliciter claudit̃ ſeu
concludit̃ ſcꝫ per ite miſſa eſt Bñdicam⁹ domino. et ꝑ re
quieſcant ĩ pace. Jn dieb⁹ eñ feſtiuis et gñaliter qñ can-
tatur Glia in excelſis. concludit̃ cum ite miſſa eſt. Et h⁹
ratio eſt. qꝛ in dieb⁹ illis populus ĩ primitiua eccła. ad ec
cleſiaꝫ ↄfluebat. et qꝛ tenebatur expectare finem miſſe. et
neſciebat qñ eſſet finis. miſter vertebat faciẽ ad eos. dans
eis licentiã recedẽdi. Sed in dieb⁹ pro feſtis et ĩ ferijs qui
bus non cantat̃. gloria in exelſis. miſſa concludit̃ cũ Be
nedicam⁹ dño. quia tunc miniſtri et ſacerdotes. quaſi ſo-
li ſine populo in primitiua eccleſia miſſas dixerunt. ideo
iuxta morem antiquũ dicimus iſtis dieb⁹ Benedicam⁹
dño. Spetialiter ĩ ieiunio et in aduentu dnĩ miſſa claudi

tur cũ benedicam⁹ dño.etiam dominicis dieb⁹.ad denotandũ ꝙ ſi ſemper dño benedicẽdũ ſit.multo magis hoc tempore facere debem⁹ Sed quia ſemper debem⁹ manere in gratiarũ actione.chorus rñdet uniformiter.deo grãs Qui coram populo celebrãt Ite miſſa eſt dicũt ſe ad populum cõuertendo.quia cum quib⁹ loquimur.ad eos fatiem habem⁹.Sed dicendo Benedicam⁹ dño.ſacerdos ſe etiã cõnumerat cum populo ⁊ fatiẽ vertit ad orientem vt vero orienti ex alto qui illuminat omnẽ hominẽ.grãs referam⁹. Sed miſſe defunctorũ claudunt per requieſcant in pace. Eis em̃ per totum offitiũ optatur requies. precipue in principio.vt ergo finis correſpondeat principio.miſſa claudit per requieſcant in pace. Amen.i.fiat.
Iſto facto ſacerdos nouiſſimã facit bene✠dictionẽ ſuper populũ Et hoc ſignificat ſpiritus ſancti miſſionẽ in diſcipulos.quẽ dominus de celo miſit in eos.iuxta quod ipſe promiſit Accipietis inquit virtutẽ ſuperuenietis ſpiritus ſancti in vos Sicut em̃ ſpiritus ſanctus in nomine toti⁹ trinitatis mittit.eo ꝙ opera ſancte trinitatis ſunt indiuiſa Ita et ſacerdos iſtam benedictõez facit in nõie indiuidue trinitatis dicens Benedicat et cuſtodiat vos diuina maieſtas Pater et filius et ſpiritus ſanctus. Et virt⁹ et gratia benedictiõis eiuſdẽ ſancte trinitatis.et conſolatio almi ſpiritus ſuper populũ deſcendat.et ſemper maneat. Hec em̃ benedictio per verbum oris et ſignum crucis exprimitur.quia iſta miſſio ſancti ſpiritus. per ſonum vehementis aeris a celis.et per liguas igneas innotuit. vt habetur actuum primo. In qua benedictione finis habetur miſſe. ¶ Deinde ſacerdos inclinans caput ad altare et dicit. Placeat tibi ſancta trinitas vnus deus obſequium ſeruitutis noſtre. Et preſta vt hoc ſacrifitium quod indignus oculis tue maieſtatis optuli. Sit tibi acceptabile. michiqꝫ et omnibus pro quibus illud

optuli ſit te miſerātē ꝓpitiabile. qui viuis et regnas deꝰ
per oīa ſecl'a ſeculoꝝ Meritis et precibꝰ iſtoꝝ ⁊ oim ſctō=
rū ſuorū miſereat̄ nr̄i omīpotens dn̄s amen. Sacerdos
hoc orans oſculat̄ altare. ſeqꝫ ſigno crucis ſignās vt il=
libata fides cor ipſiꝰ et mentē ſꝑ poſſideat. et animū mu=
niat vſqꝫ ad obtentū vite ꝑhennis. In qua fidelis aīa ſo
tiabit̄ ſuo dilecto ſcꝫ deo ī oſculo ſalutari. in ꝯiunctōe in
ſeꝑabili. in caritate xpi. qn̄ videbimꝰ ipm̄ ſicuti eſt regem
in decore ſuo. vbi quicq̄d vis ad nutū adeſt. quicq̄d non
vis procul deeſt. vbi erit ſtatus oim aggregatōe bonoꝝ
perfectꝰ. in quo ipſe finis erit noſtrorū deſiderioꝝ. qui ſine
fine videbit̄ et ſine faſtidio amabit̄. et ſine fatigatōe lau
dabit̄. Igit̄ ſi fidelis aīa inſtar ſui ſponſi. ꝑ mentis puri
tatem. cordis cōpunctōeꝫ. paſſioniſqꝫ criſti deuotiſſimaꝫ
meditationē. ſeſe imprimis diſpoſuerit. ſe ſupra ſe eleuādo
aſcenſiōes in corde ſuo diſponēdo. Nullus ꝓfecto ambi
gat. nullus hoc rem dubioſaꝫ eſtimat. quin intrare pote
rit et videre deū deorū in ſyon. Hic quidē in ſacratiſſime
miſſe miſterijs. Alibi vero fatie ad fatieꝫ. que viſio iuxta
dictū beati iohānis. xvij. c. eſt vita eterna. ad quā nos du
cere dignet̄. qui in hoc ſacrifitio veraciter pro totiꝰ mun
di peccatis offert̄. Hieſus criſtus dei filius Qui cū patre
et ſpiritu ſancto eſt benedictus in ſecula amen.

❡ Canonis ſacratiſſime miſſe expoſitio. vna cum textu.
ſm̄ dicta et et ſententiā ſanctorū doctorū cōpendioſe ſub
forma vtilis repetitōis. almo ī gymnaſio Liptzenſi. per
Balthaſarem ſacre theologie licentiatū. Necnō collegij
beati Bernhardi ibidē ꝓuiſorem. pro dei honore. necnon
oīm religioſoꝝ ac ſimplitiū ſacerdotū deuota inſtructiōe
in vnū collecta. que alias ſatis diffuſe inuenitur poſita.
feliciter finit. Hāc optīe lector lege et relege in rem tuam
et ꝑfice religioſe. pro tue anīe ſalute. atqꝫ optīo profectu.

BIBLIOTEKA GŁÓWNA w Poznaniu Uniw. im. A. Mickiewicza

BIBLIOTEKA UNIW. W POZNANIU
Inc. 14. Ch
INKUNABUŁY